singularia et videtur quod sic. Quia singulare
habet esse per materiam sicut res di-
vinales quicumque sunt differentiae materia-
lium. Sed intellectus quamvis sit immaterialis
potest cognoscere res naturales. Ergo
eadem ratione potest cognoscere res sin-
gulares. Praeterea cuius intellectus iudicat
et disponit de aliquibus necesse
cognoscat. Sed sapiens per intellectum
iudicat et disponit de
singularibus sicut de familia
sua et de rebus suis. Ergo intellectus
singularia cognoscit. Praeterea intellectus
cognoscit componendo et [illegible]
componens [illegible] sed hic [illegible]
ponit Sortes est homo. [illegible]
Non enim posset eam formare ali-
[illegible] hominem [illegible]

apprehendit. Ergo singularia intellectus cognoscit.
Praeterea nullus potest imperare actum alicuius
nisi cognoscat obiectum actus illius.
Sed intellectus noster imperat actum
concupiscibilis et irascibilis ut patet per philosophum
in 3 ethicorum. Ergo cum illorum obiecta sint
singularia intellectus singularia cognoscit.
Praeterea quicquid potest virtus inferior potest
superior sicut Boetius. Sed potentia sensitiva
que est inferior intellectu singularia
cognoscit. Ergo multo amplius
intellectus singularia cognoscere potest.
Praeterea quanto aliquis intellectus est altior
tanto habet universaliorem cognitionem
ut patet per dyonisium [illegible] angelice.
Sed intellectus angeli est altior quam
intellectus hominis et tamen angelus cog-
noscit singularia. Ergo multo
amplius intellectus humanus. Sed contra quod universale
dum intelligitur singulare dum sentitur
ut dicit Boetius. Respondeo dicendum quod sicut ex
dictis patet intellectus humanus et angelicus
diversimode materialia cognoscit.
Cognitio enim intellectus humani
fertur ad res naturales primo secundum formam
et secundario ad materiam prout habet habitudinem
ad formam. Sicut autem omnis forma
quantum est de se est universalis, ita ha-
bitudo ad formam non facit cog-
noscere materiam nisi cognitione universali.
Sic autem considerata materia non est
individuationis principium sed sicut
quod consideratur materia singularis quae
materia designata sub determinatis
dimensionibus existens. Ex hac
enim forma individuatur. Unde dicit
philosophus in 7 metaphysicae quod homo praeter
se [illegible] forma [illegible]
non forma [illegible] et [illegible]
intellectus [illegible] singularia directe cog-
noscere non potest. Sed directa cognitio
a nobis fit [illegible] potentiis
que recipiunt formas a rebus [illegible]
[illegible] recipiunt eas sub

Oppositum
Responsio

determinatis dimensionibus et sic quodammodo du-
cit in cognitionem intellectus singularis.
Sicut enim forma universalis ducit in cog-
nitionem intellectus universalis, ita forma indi-
vidualis ducit in cognitionem intellectus
signatam quae est individuationis
principium. Secundum tamen intellectus per accidens
singularibus se immiscet in quantum
continuatur viribus sensitivis quae circa par-
ticularia versantur. Quae quidem con-
tinuatio est duplex. Uno modo in quantum
motus sensitivae partis terminatur ad
mentem sicut accidit in motu qui est a
rebus ad animam. Et sic intellectus singulare
cognoscit per quandam reflexionem
prout scilicet intellectus cognoscendo obiectum
suum quod est aliqua natura universalis redit in
cognitionem sui actus et ulterius in
speciem quae est actus sui principium et
ulterius in fantasma a quo species est
abstracta et sic aliquam cognitionem de
singulari accipit. Alio modo secundum quod motus
qui est ab anima ad res incipit a
mente et procedit in partem sensitivam
prout mens regit inferiores vi-
res. Et sic singularibus se immiscet
mediante ratione particulari quae est
potentia quaedam sensitivae partis componens et
dividens intentiones individu-
ales quae alio nomine dicitur cogi-
tativa et habet determinatum organum
in corpore scilicet mediam cellulam capitis.
Universalem enim sententiam quam mens habet de
operabilibus non est possibile applicari
ad particularem actum nisi per aliquam
potentiam mediam apprehendentem
singulare ut sic fiat quidam syllo-
gismus cuius maior sit universalis quae est senten-
tia mentis, minor autem singularis quae est
applicatio particularis rationis, conclusio
vero electio singularis operis ut patet
per id quod habetur in III° de anima. Intellec-
tus angeli qui cognoscit res ma-
teriales per formas quae recipiuntur in-
mediate in mente sicut et forma

non solum cognoscit naturam universalem di-
vinam inspectando sed et singu-
laria et intellectus divinus sicut dictum est patet quaestione
secunda quia cognitio qua cognoscit materia
per analogiam quam habet ad formam
sufficit ad cognitionem rei naturalis
non autem ad cognitionem rei singularis
ut ex dictis patet. Ad secundum dicendum quod
dispositio sapientis de singularibus
non fit per intellectum nisi mediante vi co-
gitativa ac ceteris interioribus sensibus
cognoscendo ut ex dictis patet. Ad tertium
dicendum quod sicut intellectus potest de se et
universali ponere cognoscere ita singulare per
reflexionem quandam cognoscit
ut dictum est. Ad quartum dicendum quod intellectus
finem cognoscit in universali finem
ad quem ordinat actum concupis-
cibilis et actum irascibilis imperando
eis. Hanc autem cognitionem universalem
mediante vi cogitativa ad sin-
gularia applicat ut dictum est. Ad
quintum dicendum quod licet quod potest inferior
potest superior non tamen eodem mo-
do sed quandoque alio altiori modo sicut
intellectus cognoscit perfectius ea quae cognoscit
sensus altiori tamen modo quam sensus quia sensus
cognoscit ea quantum ad dispositiones
materiales et actus exteriores, sed intellectus
penetrat ad intimam rei speciem
quae est in ipsis individuis. Ad sextum di-
cendum quod cognitio intellectus angeli est
universalior quam cognitio intellectus humani
quia ad plura se extendit pauci-
oribus mediis utens et tamen effica-
tior est ad singularia cognoscenda
ut ex dictis patet. Articulus sextus

Sexto quaeritur utrum mens humana
cognitionem a sensibilibus acci-
piat et videtur quod non. Ex eo enim quod
non conveniunt in materia non potest esse
actio et passio sicut patet per Boethium in li-
bro de duabus naturis et per philosophum de
generatione. Sed mens non communicat
in materia cum rebus sensibilibus ergo non
potest sensibilia agere in mentem humanam

ut ex eius motu et memoria aliqua cognitio
imprimatur. Praeterea obiectum intellectus est quod quid est
ut dicitur in 3º de anima, sed quidditas
rei non sensu percipitur, ergo cognitio
intellectus a sensu non accipitur. Praeterea Augustinus
dicit 10 confessionum loquens de cognitione
intelligibilium quod a nobis acquiritur:
ibi inquam erant antequam ea
didicissem sed in intelligentia in memoria
mea, sed in memoria non erant, ergo videtur
quod intelligibiles species non sunt a sensibus
acceptae. Praeterea Augustinus probat 10 de
Trinitate quod animus non potest amare nisi
cognita, sed animus aliquam
scientiam addiscens amat eam quod
patet ex hoc quod multo studio eam quaerit,
ergo antequam addiscat illam scientiam
habet eam in notitia sua cognitam, quod non
accipiat mens scientiam a rebus
sensibilibus. Praeterea Augustinus dicit 12 super
Genesim ad litteram corpus imaginem
non corporis in spiritu impressit, spiritus ipso
facit celeritate mirabili quae est ab illo
longe a corporis tarditate, ergo videtur
quod mens non accipiat species intel-
ligibiles a sensibilibus sed ipsa causat in se
formatas. Praeterea Augustinus dicit 12 de Trinitate quod
mens nostra de rebus corporalibus iudi-
cat secundum rationes incorporales et sempiternas
sed rationes acceptae a sensibus non sunt
huiusmodi. Et idem quod praeterea si mens cog-
nitionem a sensibilibus accipiat
hoc non potest esse nisi quia species quae
in sensibilibus accipiuntur intellectum possibilem
moveant, sed tales species non possunt movere
intellectum possibilem, non enim movent ipsam
fantasiam adhuc ad hoc ex omnibus
quibus ex omnibus non ducitur actu in-
tellectus sed potentia, similiter non movent
intellectum possibilem ex omnibus intellectus agentis
ex omnibus qui nullius speciei est recep-
tivus aliquis non differret ab intel-
lectu possibili nunc ex omnibus in ipso possibi-
li intellectu quod formam habens sibi
similem non movetur sed in ipso quodam
quiescit nunc ex parte ex omnibus tunc
species intelligibiles non sunt sibi

sed de genere activorum ut dicit Avicenna
in sua metaphysica, ergo non oportet ut mens
nostra a sensibilibus accipiat scientiam.
Praeterea agens est nobilius paciente
ut patet per Augustinum 12 super Genesim ad
litteram et per philosophum in 3º de anima,
sed recipiens se habet ad id quod re-
cipit quasi paciens ad agens,
ergo cum mens sit multo nobilior
sensibilibus et sensibus ipsis non poterit
ab eis cognitionem accipere.
Praeterea philosophus dicit in 7 physicorum quod anima in
quiescendo fit sciens, sed anima
non posset accipere scientiam a sensibilibus
nisi moveretur quodammodo ab eis, ergo etc.
Contra sic dicit philosophus et experimento Oppositum
probatur cui deficit unus sensus deficit
una scientia sicut caecus de coloribus scientia
de coloribus. Hoc autem non esset si
anima aliunde acciperet scientiam
quam per sensus, ergo a sensibilibus per sensus
scientiam accipit. Praeterea omnis nostra
cognitio originaliter consistit in
notitia primorum principiorum indemon-
strabilium, horum autem cognitio in
nobis a sensu oritur ut patet in fine
posteriorum, ergo scientia nostra a sensu
oritur. Praeterea natura nihil facit frustra
nec deficit in necessariis, frustra autem
darentur sensus animae nisi per eos
cognitionem de rebus acciperet.
Ergo respondeo dicendum quod circa hanc quaestionem Responsio
multiplices fuerunt antiquorum opiniones.
Quidam enim posuerunt actu scientiam
inesse animae et cetera, anima existente vel etiam
quae etiam anima separata a corpore, in duas
sectas divisi sunt. Quidam enim ut
platonici posuerunt formas rerum
sensibilium esse a materia separatas et
esse intelligibiles actu et per participationem
eorum a materia sensibili effici
individua in natura corporea et per parti-
cipationem harum mentes scientiam
habere, et hoc probabat per dictas formas
esse principium generandi et sciendi ut
philosophus narrat in primo metaphysicae, sed hoc
a philosopho sufficienter reprobatum est. Contra

quos ponendo formas sensibilium
virtute in materia sensibili existentes sine
materia sensibili in virtute forme ut et
intelligi possunt sicut non sunt sine
materia nasci. Et ideo alii non po-
nentes formas sensibilium separatas
sed intelligibiles tantum quas novas
globos dicere possunt originem
in essentia totaliter ab hiis formis
separatis esse. Unde Avicenna voluit
quod sicut forme sensibiles non ac-
quiruntur in materia sensibili nisi ex influ-
entia intelligentie agentis. Ita
et forme intelligibiles humanis
mentibus non imprimuntur nisi ex
intelligentia agente que est
anime sed substantia separata ut ipse
ponit. Indiget tamen anima sensibilibus
propter excitationem et dispositionem
ad scientiam sicut ista inferiora age-
rent et preparant materiam ad suscipiendum formas
ab intelligentia agente. Sed ista
opinio non videtur rationabilis quia scientia
non esset dependens ut eciam me
cognitione mentis humane et virtutibus
sensitivis quod apparet contrarium manifeste
tam ex hoc quod deficiente sensu de-
ficit scientia de suis sensibilibus
tam ex hoc quod mens nostra non potest ac-
tu considerare eciam que habitualiter
scit nisi formando aliqua fantas-
mata, unde lesio organi fan-
tasie impeditur considerationem et
predicta potest tollere. Secundum predictam
opinionem inferiora ex substantia separa-
ta immediate formis conferuntur tam
intelligibiles quam sensibiles. Alia
opinio fuit ponentium in essentia
originem nostram scientiam ex
eisdem sectatis. Dixerunt quidam
enim posuerunt humanas animas ex se
ipsis continere omnium rerum notitiam
sed per coniunctionem ad corpus predictam
cognitionem obtenebratio dice-
bant nos indigere studio et sensibus

ut impedimenta scientie tollerent. Di-
centes addiscere nihil aliud esse quam re-
miniscentiam sicut experimur quod audiendo et
videndo reminiscimur ea que prius
sciebamus. Sed hec positio non
esse videtur. Si enim coniunctio anime
ad corpus sit naturalis non potest esse
quod per eam totaliter naturalis scientia impedi-
tur. Si hec opinio vera esset non pa-
teretur oblivionem ignorantia
corporis quorum sensu non habemus esset
at opinio conveniens illi positioni
que ponit animas ante corpora
fuisse creatas et postmodum corporibus
unitas quia tunc corpori corporibus
anime non esset naturalis sed accidens
pervenientes ipsi anime. Que quidem
opinio et fidei et philosophorum sententias
reprobanda iudicatur. Alii vero
dixerunt quod licet ipse scientie causa non
sunt a sensibilibus scientiam accipit
quia ex actione sensibilium aliquo modo sentiens
vertitur ad dictam scientiam perveniat. Sed
ipsa anima ad scientiam sensibilium
tres similitudines sensibilium forte
Sed hec positio non videtur rationalis
nulla enim causa agens nisi quia est
actu agit. Unde si anima fortis esset
omnium rerum similitudines quorum ipsa
esse actu habeat eas similitudines
rerum et videbit. Predictarum opinionum
que ponit omnium rerum scientiam
ex naturalibus in se ita esse. Et ideo
pro omnibus predictis positionibus videa-
tur melior sententia philosophi qui po-
suit scientiam mentis nostre recepti ab
extrinsecus esse non solum a rebus a
materia separatis sed etiam ab ipsis sensibilibus.
Cum enim mens nostra comparatur ad
res sensibiles que sunt extra ipsam inve-
nitur ad eas habere duplicem habitudinem.
Uno modo ut actus ad potentiam in quantum
res que sunt extra animam sunt
intelligibiles in potentia anima vero
intellectu in actu et sic ponitur
eciam intellectus agens qui facit intelligibilia

in potentia intelligibilia actu. Alio modo
ut potentia ad actum prout scilicet intellectus
noster formis omnino determinatis est
in potentia quae in rebus extra animam sunt
in actu. Et secundum hoc potentia in anima nostra
intellectus possibilis cuius est recipere for-
mas a rebus sensibilibus abstra-
ctas sed ab intelligibilibus actu
per lumen intellectus agentis. Quod quidem
lumen procedit sicut a prima origine
a substantiis separatis praecipue a deo.
Et secundum hoc verum est scientiam a sensibilibus
menti nostrae accipi. Nichilominus tamen ipsa
ntia ipse similitudines rerum formae
ingenitae per lumen intellectus agentis
efficiuntur formae a sensibilibus
abstractae intelligibiles actu ut
in intellectu possibili recipi possint. Et sic
in lumine intellectus agentis nobis est
quodammodo omnis scientia originaliter
indita mediantibus universalibus con-
ceptionibus quae statim lumine intellectus
agentis cognoscuntur per quas sicut per
universalia principia iudicamus de aliis
et ea praecognoscimus in ipsis. Et secundum
hoc illa opinio veritatem habet quae ponit
nos ea quae addiscimus ante in
notitia habuisse. Ad secundum dicendum quod
formae sensibiles vel a sensibilibus ab-
stractae non possunt agere in mentem nostram
nisi quatenus per lumen intellectus agentis
immateriales redduntur et efficiuntur
quodammodo homogeneae intellectui possibili
in quem agunt. Ad tertium dicendum quod et
quamvis superior et inferior opera-
tio non similiter sed superior sublimius
venit per formas quae a rebus accipiuntur
sensu indita efficaciter veritatem cognoscit
sicut intellectus quasi sensus per eam manu-
ducitur in cognitionem exteriorum
attingit. Intellectus quod pervenit ad
nudam quidditatem rei secernen-
do eam ab omnibus materialibus condi-
tionibus. Unde per totum dicitur cogni-
tio mentis a sensu originem habere quod
ordo cognitionis quasi sit sensus apprehen-

datur; sed quia ex his quae sensus apprehendit
mens in aliqua ulteriora manuducitur
sicut et sensibilia intellecta manu-
ducunt in intelligibilia divinorum.
Ad tertium dicendum quod verbum Augustini est ex-
tenditur ad praecognitionem qua
particularia in principiis universalibus prae-
cognoscuntur. Sic enim verum est quod ea
quae addiscimus prius in anima
erant. Ad quartum dicendum quod ab angelis
aliquam scientiam acquirat anima
eam per ingenium quae sit quae
...ibile quae sit ... intellectus illius
scientis nisi ut quoquo alio modo.
Ad quintum dicendum quod sibi intelligenda
est anima seipsam forte quia per
actionem intellectus agentis formae
intelligibiles fiunt in actu per quae
formatur ut diximus et sic et viribus
imaginativis potest formare diver-
sorum sensibilium formas quod patet apparet
dum imaginantur aliqua quae numquam
sensu perceperunt. Ad sextum dicendum quod prima
principia quorum cognitio est nobis
innata sunt quaedam similitudines increatae
veritatis. Unde secundum quod per eas de aliis
iudicamus dicimur iudicare de
rebus per rationes incommutabiles
vel per veritatem increatam. Hoc tamen
quod Augustinus ibidem refert ad
rationem superiorem quae aeternis contem-
plandis inhaeret quae quamvis
sit dignitate prior est tamen tempore
posterior quia invisibilia dei per
ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur.
Ad septimum dicendum quod in receptione
qua intellectus possibilis species rerum acci-
pit a phantasmatibus se habent
phantasmata ut agentia instrumentalia
et secundaria; intellectus vero agens ut
agens principale et primum. Et ideo effectus
actionis relinquitur in intellectu possibili
secundum conditionem utriusque et non secundum
alterum tantum. Et ideo intellectus possibilis recipit
formas ut intelligibiles actu ex virtute
intellectus agentis sed ut similitudines

determinatorum vero ex coniunctione
fantasmatum et formarum intelligibilium in actu non est possibile contrarium in fantasia neque in intellectu agente sed solum in intellectu possibili. Ad viii dicendum quod quamvis intellectus possibilis sit simpliciter nobilior quam fantasma, tamen secundum quid vel prout fantasma nobilius consequitur, secundum quod fantasma est actu similitudo rerum, quod intellectui possibili non convenit. Unde potest quodammodo pati agere in intellectum possibilem virtute luminis intellectus agentis, sicut color potest agere in visum virtute luminis corporalis. Ad ix dicendum quod quamvis perfectio scientie excludit motum malum passionum, non autem motum et passionem quae accipitur secundum quod est recipere, pati dicitur et moveri, sicut et philosophus dicit in iii de anima quod intelligere est quoddam pati.

Ar. 1.

Septimo queritur utrum in mente sit ymago trinitatis secundum quod mens cognoscit non solum secundum quod cognoscit eterna. Et videtur quod non solum secundum quod cognoscit eterna. Dicit enim Augustinus xii de trinitate: cum quaerimus trinitatem in anima, toto quaerimus, non separantes actionem rationalem in temporalibus a contemplatione eternorum. Sed mens non eadem ymaginem [illegible] ea trinitas invenitur. Ergo mens est ad ymaginem non solum secundum quod inhibet rationibus eternis contemplandis sed etiam secundum quod inhibet temporalibus agendis. Praeterea ymago trinitatis in anima consideratur in quantum in ea reperitur equalitas, per quam est eorum origo. Sed magis equalitas reperitur in mente secundum quod cognoscit temporalia quam secundum quod cognoscit eterna, cum eterna in infinitum excedat mentem, mens autem non in infinitum temporalia excedit. Ergo et per hoc manifestatur in cognitione temporalium sicut in cognitione eternorum, quae utrobique ex mente procedit notitia et ex notitia amor. Ergo ymago trinitatis non solum ergo [illegible] ipso

diligendi. Sed ymago ipsius cognoscendi significat hoc ipsum [illegible] sed mens [illegible] propterea cognoscit in aliquam eterna [illegible] ex talibus eterna [illegible] temporalia comprehendat [illegible] ergo et eterna. Ergo ymago magis est in mente secundum quod operatur ad temporalia. Praeterea ymago trinitatis attenditur in anima quoddam [illegible] sicut supra dictum est, sed potentie [illegible] ad omnia obiecta ad quae potentie determinantur. Ergo ymago [illegible] in mente [illegible] obiectorum. Praeterea [illegible] equalitas attenditur in ea reperitur, quod memoria, intelligentia et voluntas [illegible] capiunt, ut per Augustinum [illegible] de trinitate. Sed ista [illegible] comprehensio non tendit [illegible] equalitatem nisi quantum ad omnia obiecta [illegible] comprehendit. Ergo [illegible] ymago trinitatis [illegible] in potentiis mentis. Praeterea [illegible] mentis [illegible] consistit ymago aliquis habitus perficitur, sed quibus ymago deformata dicitur reformari et perfici. Sed potentie mentis non indigent habitibus secundum quod comparantur ad eterna sed solum secundum quod comparantur ad temporalia, qui habitus ad hoc sunt ut sic eas potentias regulent. In eternis autem errores non possunt accidere [illegible] sed solum in temporalibus. Ergo etc. Praeterea trinitas increata reperitur in ymagine mentis per imitationem ad [illegible] et equalitatem. Sed duo termini [illegible] positiva [illegible] actu [illegible] non recipit [illegible] capacitatis [illegible] ergo [illegible] potentia [illegible] ymago trinitatis [illegible] multo magis in mente secundum quod temporalia cognoscit. Praeterea [illegible] similitudines attendit [illegible] omnibus [illegible] aliquam [illegible] sit [illegible] per metaphoram.

·b·

locutiones quamvis ab ipsa mente sic
scilicet de radio solari per dionysium e ca-
pitulo de divinis nominibus ergo creature sensibiles aliqui
magis possunt dici ad ymaginem
quam ipsa mens et ita non videtur ad
impediendum quin mens secundum quod temporalia
cognoscit ad ymaginem sit.
Preterea augustinus dicit 12 de trinitate quod foris
hic quasi imago sit ymaginis illarum
rerum que sunt in memoria foris autem in a-
nima conventus sit forme sensibilis
ergo sunt ymaginis ymaginis dei. Et
ita mens secundum quod ea cognoscit
videtur ad ymaginem dei esse. Contra
est quod augustinus dicit 12 de trinitate quod trini-
tatis quam invenimus in scientia invenitur
scilicet ad interiorem hominem pertinere
at nondum tamen ymago dei appel-
landa est putanda in inferiori autem
scientia est secundum quod mens temporalia contempla-
tur cum a sapientia eternorum distinguatur
ergo ymago trinitatis non attendi-
tur in mente secundum quod temporalia cognoscit.
Preterea ymaginis secundum ordinem
dicitur 3 personis unde scilicet ordo per-
sonarum non invenitur in mente secundum quod tempora-
lia cognoscit. In cognitione enim
temporalium intelligentia non procedit ex
memoria sicut verbum a patre scilicet magis
memoria ab intelligentia quia ea
que prius intelleximus in memoria [illegible] ergo
ymago non consistit in mente
secundum quod temporalia cognoscit. Preterea augustinus
dicit 12 de trinitate. Sicut ista distribuendo
mentis qua scilicet dicimus in contemplatione
eternorum et actione temporalium eo
solo quod ad contemplationem pertinet
eternorum non solum trinitas sed et
ymago dei inveniatur at quod derivatum
est in actione temporalium trinitas
possit. Non tamen ymago dei potest
inveniri eadem quod prius secundum ymago
trinitatis esse consistit in anima non autem
cognitio rerum temporalium cum per acqui-
sitionem habeatur ergo ymago trinitatis
non invenitur in anima secundum quod temporalia co-
gnoscit. Respondeo dicendum quod ad rationem ymaginis

similitudo requiritur. Notandum quod licet
similitudo ad rationem ymaginis
sufficiens inveniatur scilicet expressissima
similitudo per quam ad representandum
sicut rerum sive spiritualibus et corporalibus
ymaginis rationem attendimus
magis sicut ab quibusdam ipsa [illegible]
quam sicut obiectum alia animalia
inveniatur autem in anima nostra aliqua similitudo
trinitatis increate secundum qualescumque cogni-
tiones ipsius mentis sicut satis sequitur per
augustinum de trinitate. Expressissima tamen cog-
nitionem mentis ymago divine trinitatis
secundum quam in mente nostra expressior
dei similitudo invenitur. Ut ergo cogni-
tiones mentis secundum obiecta distinguamus
est quedam cognitio in mente nostra innata
cognitione scilicet qua mens cognoscit deum
et qua cognoscit seipsam et qua
cognoscit temporalia. Prima cognitione
qua mens temporalia cognoscit non
invenitur expressa similitudo trinita-
tis increate quia scilicet conformationes rerum
naturales sunt magis dissimiles quam
ipsa mens. Unde philosophi quod mens
ea scientia informata non efficitur
deo magis conformis similiter
scilicet secundum analogiam eo quod res temporal-
es que sui notitiam pariunt in anima
vel intelligentiam actualem
non eiusdem speciei cum mente sed ex-
traneam anime nature non potest per hoc
in creatura trinitatis [illegible]
putari. Secunda cognitione qua mens
cognoscit seipsam est reputatio
trinitatis attenuata secundum analogiam
inquantum hoc modo mens cognoscens
seipsam verbum sui gignit et
ex utroque procedit amor sicut pater
seipsum dicens verbum suum gene-
rat eternum et ex utroque procedit
spiritus sanctus. Tertia cognitio est ipsa qua
mens ipsum deum cognoscit mens
ipsa deo conformatur sicut deus cognoscens
in quantum [illegible] assimilatur cognito sicut
est similitudo quia per conformationem unius ad

colore quinque e p malo ut vi
sa ad mentem quis filius ad sua oba
cepat unu expressior filio trinit
e in mente sua qua cognoscit deum q
sua qua cognoscit seipam et proprie
put seipam considerabit e ergo
dei ut sic eius consideracio consistat
in se sed procedat usque ad deum In
cognicione eciam vtm temporalium non inuenitur
ymago sed filio quedam trinitas
que magis pertinet ad vestigium per
videsic et similiter qua augustinus as
signat in potentiis sensitiuis
Ad primum igitur dicendum quod trinitas quedam
inuenitur in mente sua que se extendit
ad actionem temporalium sed tamen trini
tas non dicitur ymago dei nisi in mente trinitas
ut patet per ea que augustinus ibidem sub
iungit Ad secundum dicendum quod equalitas
diuinarum personarum magis reperitur in
cognicione eternorum quam temporalium
Non enim attendenda est equalitas
nisi obiecti et potencie sed mens ymago po
tencia et alia quamuis aut aliqua
sit inequalitas mentis in mente inuenta
et deum quam mentis in mente inuentum
vel temporale tamen memoria
qua mens nostra habet de deo et
actualem intelligenciam eius et
amorem maior est equalitas
quam memoria qua habet de rebus
temporalibus et aliarum intelligencia et
amore Ipse enim deus per se ipsum
cognoscit et diligit et ita anima
mente ymago quantum intelligit et
amat quantum menti prius est
eius presencia in mente ipsa memoria
ei in mente et memoriam que de
ipso habet intelligencia et sic nos sit
amor ad quam res aut illos
non est se intelligibilibus et diligi
bilibus et io ratio eius equalitas
in mente non inuenitur et ideo ordo
originis cum ex hoc mens memo
parentes sint quod mentis fiunt a
nobis et memoria et intelligencia

orit potius quam eius eius quam in i
mente tanta attribut racio ipsius d
ex cuius presencia mens intellectualis
lumine participat ut mentem possit
Ad tercium dicendum quod quamuis cognicio qua
de rebus materialibus habemus sit prior
tempore illa noticia qua habemus de deo
tamen hec est prior dignitate non obstat
quod minima a nobis perfectius cognoscimus
quam deus quia minima cognicio que
de deo habetur potest superat omnem
cognicionem de creatura habitam
nobilitas et sciencie ex nobilitate
sciti dependet ut patet in principio I
de anima vnde et philosophus de aliis phe
ponit modicam scienciam qua habemus
de celestibus rebus omni sciencie
qua habemus de rebus inferioribus
Ad quartum dicendum quod quamuis potencie se ex
tendunt ad omnia per sua obiecta
tamen earum virtus pensatur ex ultimo
in quod possunt ut patet in I celi et mundi
et ideo quod ad maiorem perfectionem pertinet
potencie mentis esse ad ymaginem
dei attribuit ei racio nobilis
simi obiecti quod est deus Ad quintum dicendum
quod quamuis mens perfectius seipam
cognoscit quam deum tamen cognicio
qua habet de deo est nobilior
et per eam magis deo conformatur
ut dominus et ideo secundum eam magis
est ad dei ymaginem Ad sextum
dicendum quod quamuis equalitas ad ymma
ginem pertineat que in mente non
inuenitur non tamen quod racio omnis
ymago attendatur racione quorum
alia qualitas inuenitur in parte quod
plura alia ad ymaginem requi
runtur non est Ad septimum dicendum quod
potencie ymaginis aliquibus habitibus
perficiuntur sicut quod operandum in deum
sicut fide spe caritate et sapiencia
et aliis huiusmodi quamuis etiam operibus
eciam errorum non inueniatur ex
parte ipsorum potencie tamen incidit error
in mentem in cognicione eorum

difficultas enim in eis cognoscendi
accidit non ex eis sed ex parte nostra
ut dicitur ii° meth. Ad viii dicendum
quod intellectus sensibile et sensibus interior co
comparatur eo quod prima sensibilia exterio-
nem assequuntur et interiora equalitas
tamen quamvis non sit tamen invisibile
quantum invisibile. Ad ix dicendum quod
tale aliquid vocales sunt quadam
similitudines deo magis similari quod et
voces quantum ad tanti efficaciam
sicut patet de radio solari quod omnia
in infidelibus causatur et renovantur
et ex hoc contingit cum dicta bonitate
quod amaratur ut dicit dyonisius cum in su-
perioribus existentibus magis creata
vocalis deo est similis quam creata
invocalis quecumque hoc tamen a causatis
invocalibus frequenter in methaphoris
locucionibus cum sensibilis in divinis ex
voce dissimilitudinis quod ut dicit dyonisius
ca. 2° celestis ierarchie questio in inferi-
oribus creaturis frequencius cum
simul in divina ut omnis errantis
tollatur occasio transferendi enim a ca-
usis nobilibus sit estimacione
posset inducere causa quod que metaphorice
dicuntur certum secundum proprietatem intel-
ligenda quod opinantur pro de
corporibus inferioribus causantibus. Ad x di-
cendum quod boecius formas in materia ponit
esse ymagines non quidem formarum
in materia vel universalium in mente
te divina existencium a quibus sunt
per tantam similitudinem et oriuntur. 12 · 8

Octavo queritur utrum mens
seipsam per essenciam cognoscat
aut per aliquam speciem et videtur quod per
aliquam speciem quia ut philosophus dicit in 3°
de anima intellectus noster nichil intelligit sine
fantasmate sed per essenciam suam ani-
ma non potest accipi aliquod fantasma
ergo oportet quod per aliquam aliam speciem
a fantasmatibus abstractam mens
mea seipsam intelligat. Praeterea ea
que per suam essenciam videntur cognoscuntur

certissime et sine errore
sed de mente humana multi errant
cum quidam dicerent eam esse aerem
quidam ignem et multa alia inepta
de ea sentirent ergo mens non
videt se per essenciam suam. Sed di-
cendum quod mens per essenciam suam videt se
esse cum tamen potest in quo errando
quid sit. Sed contra saltem ad per essenciam suam
est scire de eo quid est et esse ergo si
scit id per quod quidditas eius. Si
ergo anima videt se per essenciam quod sine
sine errore scire deberet de natura sua
quid est quod manifeste patet esse falsum.
Praeterea anima est forma coniuncta
nature sed omnis huius formae cognoscitur
per abstraccionem formae a materia a
materialibus conditionibus ergo anima
cognoscit per speciem abstractam
aliquam. Praeterea intelligendo non est actus
nec terminus sed quietus ut dicitur in 1° physicorum
de anima sed omnis est actus est corporis
anime et corporis ergo oportet intellectum
esse pars aliqua ex parte corporis sed hoc
non esset si mens seipsam per
essenciam videret sine aliqua specie a
corporeis sensibilibus abstracta ergo etc.
Praeterea philosophus dicit 3° de anima quod intellectus
intelligit se sicut et alia sed alia non intellectus
non per essenciam suam sed per aliquas species
ergo nec seipsum. Praeterea potencie cognoscuntur per actus
et actus per obiecta sed essencia anime non
potest cognosci nisi per potencias eius
cognitive cum in vero non cognoscere
faciat seipsam ergo oportet quod non per
essenciam suam sed per actus suos et species
obiectorum suorum cognoscat.
Praeterea sicut se habet sensus ad sensibile
sic intellectus ad intelligibile
sed inter sensum et sensibile requiritur quedam
distancia ex quo provenit quod oculus
seipsum videre non potest ergo etiam
intellectualis visio requirit quandam

distantiam ut unumquodque per essentiam suam se
possit intelligere. Et ideo Philosophus post-
quam in tertio capitulo de anima ostendit quod sequitur
quod ad principium notum fuit et se-
quitur quod ad esse pertinet nota sui ipsius
Item dicit [illegible] vij ca de [illegible] non quod
[illegible] quodam cognoscit [illegible]
[illegible] iudicat [illegible] circulo [illegible]
et ab eodem in idem ergo [illegible] quod anima
a se ipsa egreditur intelligendo
per res extrinsecas ad se ipsam [illegible]
[illegible] redit [illegible] non [illegible] sed per es-
sentiam suam permanente [illegible] ma-
net effectus sicut [illegible] per essentiam
suam videt [illegible] hoc quod essentia sua
[illegible] [illegible] sit ei [illegible]
[illegible] ergo [illegible] sit [illegible]
intelligendum [illegible] intelligeret
Item posterior [illegible] magis [illegible]
[illegible] intelligitur est posterius
ergo intelligentia [illegible]
maior [illegible] quam [illegible] sed anima
non [illegible] quod [illegible] ergo [illegible]
idem [illegible] et quod intelligit
ergo [illegible] non potest idem esse forma et for-
matum [illegible] sed intellectus sit
quedam potentia anime [illegible] quedam for-
ma [illegible] non potest esse quod essentia
anime sit formata [illegible] sed id quo ad
intelligendum est formata ergo [illegible]
Item anima est quedam substantia [illegible]
forme [illegible] intelligibiles non [illegible]
per se subsistentes [illegible] alias [illegible]
que [illegible] formis intelli-
gibilibus consistit non esset de genere
actuum ergo essentia anime non potest esse
ut forma intelligibilis [illegible] se
ipsam videat [illegible] actus [illegible]
[illegible] distinguitur
intelligibilia [illegible] eadem [illegible]
[illegible] sed anima petri
est [illegible] anima pauli ergo
anima petri [illegible] se ipsam
et animam pauli sed animam pauli
non [illegible] per [illegible] ibi sit ab-
[illegible] ergo [illegible] forme simplicior
[illegible] forma informata Sed

[illegible] est simplicior se ipsa
ergo informata [illegible] quod cognoscit
non cognoscit se ipsam per se ipsam
Sed contra est quod dicit Augustinus ix de trinitate
mens se ipsam per se ipsam novit
[illegible] incorporea [illegible] nisi se
ipsam novit non se ipsam [illegible]
[illegible] ad Corinthios [illegible] super [illegible] Scio
hominem [illegible] glossa dicit [illegible] visio
que dicitur intellectualis [illegible]
[illegible] [illegible] ullas gerit
formas similes corporum [illegible]
[illegible] omnibus [illegible] affectio Sed
ut [illegible] eadem glossa dicit intellectualis
visio est ab [illegible] que non
habent imagines sui similes
non sunt [illegible] ergo [illegible] non cog-
noscit se ipsam per aliquod [illegible]
sit [illegible] sicut dicit [illegible]
de anima [illegible] separata
a materia est [illegible]
sed [illegible] est quedam [illegible]
ergo per essentiam suam [illegible] per accidens
et [illegible] intelligitur
intelligitur ab [illegible] ipsa
essentia [illegible] per modum
intelligibilis [illegible] per sim-
ilitudinem ergo [illegible] intel-
ligendi [illegible] bonitas diligendi
[illegible] ergo [illegible] per essentiam suam se
[illegible] per species per quam intelligitur
est simplicior [illegible] per [illegible]
sed anima non habet aliquam speciem
se simpliciorem que ab ea abstra-
hi possit ergo [illegible] per
aliquam speciem sed per essentiam suam
Item omnis scientia est per assimilationem
scientis ad scitum sed [illegible]
similior [illegible] sua essentia ergo per
[illegible] quam per essentiam suam [illegible]
quod est [illegible] cognoscibilis [illegible] alijs
non cognoscitur per [illegible]
ipsum sed anima est [illegible]
[illegible] cognoscibilis [illegible]
intelligentia [illegible] intel-
ligentia [illegible] ut [illegible] dicit [illegible]
[illegible] ergo anima per se ipsam [illegible]

pscia de aia ecti ssima s phm
tº de aia. ẜ magr̃ sentencio
cognoscit˜ primo certum ergo de
anima non ht̃ sciam ẜ p ad aᵈ se
ipam ẜ omib speb p qua anima
nra mtᵉ e a sensibilib abstracta
Ez nullis spes e a quo aia pt
sua quidditatem nl speciem abs
trahe ergo anima non cognoscit
se ipam p aliqm similitudinem
pscieblis torlis fᵃᵗ ee aia
insibilia i actu ita aia p sua
luce facit omnia inlia com
telligibilia actu ut p3 zº de aia
Ez lu3 torlis p se ipam pur non
p aliqm silitudine sui geot
aia p sua ecciam intelligit˜ no p
aliqm similitudinem ẜ p3 p phe dt
zº de aia in tᵉ q agentibus
alys quidm intellt alys autem
ẜ p̃ mt ẜ nudam mt spem ipsi se
nc ht̃ z possit si p spem a sensibu
abstractam se intelligeret q3 sic
cm abstractionem no intelligere
p mcb nra mtᵉ se p eccia sua
Secundo q tu quit utrum ad p
eccia sua cognoscit˜ dico ista
dupl pt intelligi p mo ut phe
dr p eccia sua refera ad ipaz
re cognitam ut i intgaᵗ p eccia
cognoscit˜ e eccia cognoscit˜ i
aut no e eccia no cognoscit˜
ẜ actum qda cognoscibilo ut refa˜
ad id quo cognoscit˜ ut sic intgaᵗ
ad p sua eccia cognoscit˜ q3 ipa eccia
e quo cognoscit˜ z h mo ad pus
quit utrum aia p eccia sua in
telligat se dico e veri cui˜
nondu e q de aia dupl cog
nitio hr ẜ pt ab vno qui ut aug
dt ix de trin vna quidem qua
vnisq3 aia se cognoscit qtm
ad id q e ei ppium z alia qua
cognoscit˜ anima qntu ad id q
omnibus aiabus que stt arg

que quitt de omi anima ht e
qua cognoscit˜ aia na cognitio
no qua quib ht̃ de aia qm ad
id q e ei ppium e cognitio de
aia s q ee ht i talm indiduo
vn p hac cognitione cognoscit˜
an e anima sicut cu ab pcipit
se hre aiam p alia ad cog
nitionem scit q e aia q st p se
actuacia e q se attuitur ad p
cognitionem p3 distinguendo se
q cognoscere ad e hitu z actu
qntum ad actualem cognitioz
qua ab considerat se e actu
aiam hre sic dico q aia
cognoscit˜ p actus suos Juxt
enim ab pcipit se hre aiam
z vivere z ee q pcipit se sentire
z intelligere z alia h9 mite opa
exercere vn dt phe ix etho
Sentimus at qm sentimus
z intelligimus quum intelligimus
z q3 hc sentimus intelligimus quas sunt
Nullus at pcipit se intelligere
nc ex h q ad intel q3 p rige
intelligere ad qm intelligere se
intelligere no pvenit aia ad
actualiter pcipiendum se ee p id
q intel ul sentit ẜ q̃m ad
cognitionem hitualem sic dico
q aia p eccia sua se videt
i ex h ipo q eccia sua e sibi
ṗns e potens exire i actu
cognitionis sui ipius sic ab ex
h q ht aliqu scie hitu ex
ipa pncia hitus e potens p
cipe i a q subst illi hitui ad
h at q pcipiat aia se ee
q3 se ipa dga˜ attendat
non requir˜ ab hitus ẜ ad h
suffit sola eccia aie q menti e
pns ex ea eni actus pgdun
i quib actualiter ipa pcipit˜
Ez si loqm˜ de cognitione aie

cum mens humana speciali aut generali cognitione diffinitur sciendum est quod ad cognitionem eius duo concurrunt scilicet apprehensio et iudicium de re apprehensa. Et ideo cognitio qua natura anime cognoscitur potest considerari quantum ad apprehensionem et quantum ad iudicium. Si ergo consideretur quantum ad apprehensionem sic dico quod natura anime cognoscitur a nobis per species quas a sensibus abstrahimus. Anima enim nostra in genere intellectualium tenet ultimum locum sicut materia prima in genere sensibilium ut patet per commentatorem 3 de anima. Sicut enim materia prima est in potentia ad omnes formas sensibiles ita intellectus noster possibilis ad omnes formas intelligibiles. Unde in ordine intelligibilium est sicut potentia pura ut materia in ordine sensibilium. Et ideo sicut materia non est sensibilis nisi per formam supervenientem ita intellectus possibilis non est intelligibilis nisi per speciem superinductam. Unde mens nostra non potest se ipsam intelligere ita quod se ipsam immediate apprehendat. Sed ex hoc quod apprehendit alia devenit in suam cognitionem sicut natura materie prime cognoscitur ex hoc ipso quod est talium formarum receptiva ut patet intuendo modum quo philosophi naturam anime investigaverunt. Ex hoc enim quod anima humana universales rerum naturas cognoscit percipit quod species qua intelligimus est immaterialis alias esset individuata et sic non duceret in cognitionem universalis. Ex hoc autem quod species intelligibilis est immaterialis intellexerunt quod intellectus est res quedam non dependens a materia et ex hoc ad alias proprietates intellective potentie cognoscendas processerunt. Et hoc est quod philosophus dicit in 3 de anima quod intellectus est intelligibilis sicut alia intelligibilia. Quod exponens commentator dicit

quod intellectus intelligitur per intentionem in eo sicut alia intelligibilia. Que quidem intentio nihil aliud est quam species intelligibilis. Sed hec intentio est in intellectu ut intelligibilis actu in aliis autem rebus non sunt intelligibilia in potentia. Si vero consideretur cognitio quam de natura anime habemus quantum ad iudicium quo sententiamus ita esse ut deductione predicta apprehendimus sic notitia anime habetur in quantum intuemur inviolabilem veritatem ex qua perfecte quantum possumus diffinimus non qualis sit uniuscuiusque hominis mens sed qualis esse sempiternis rationibus debeat ut Augustinus dicit 9 de Trinitate. Hanc autem inviolabilem veritatem in sui similitudine intuemur que menti nostre impressa est in quantum aliqua naturaliter cognoscimus ut per se nota ad que omnia alia examinamus secundum ea de omnibus iudicantes. Sic ergo patet quod mens nostra cognoscit se ipsam quodammodo per essentiam suam ut Augustinus dicit. Quodam vero modo per intentionem sive per speciem ut philosophus et commentator dicunt. Quodam vero modo intuendo inviolabilem veritatem ut Augustinus dicit. Unde sic ad utrasque rationes [illegible]. Ad primum ergo dicendum quod intellectus noster nihil actu potest intelligere antequam a fantasmatibus abstrahat. Nec etiam potest habere habitualem notitiam aliorum a se que scilicet in ipso non sunt ante abstractionem predictam eo quod species aliorum intelligibilium non sunt ei innate sed essentia sua sibi innata est ut non eam necesse habeat a fantasmatibus acquirere sicut nec materie essentia acquiritur ab agente naturali sed solum eius forma que ita comparatur ad materiam naturalem sicut forma intelligibilis ad materiam sensibilem ut commentator dicit in 3 de anima. Et ideo mens antequam a fantasmatibus abstrahat sui notitiam habitualem habet qua possit percipere se esse.

Ad xij dubium quia nunquam vnumquodque circa
in hoc quod non percipiet se vnumquodque quod
pertinet ad cognitionem qua aliquis
percipit quid et anima sua agat
sequitur cognitionem demum quia anima
per essentiam suam cognoscitur in habitu
Sed error apud multos accidit
et cognitionem in principio anime ipse
et consequentiam ad hoc propter obiectionem
vnius concludit et propter hoc patet visio
ad tertium. Ad xiij dubium quia quamuis
anima mea cognoscatur ut forma mo-
tum meum subdit ut ita reddatur
ac per hoc non sit intelligitur in
actu sed in potentia propter abstractionem a
materia. Ad xiiij dubium quia obiectio non
procedit de notitia actuali
sed qua anima non percipit se esse nisi
percipiendo actus suos et obiectum
ut dictum est. Ad xv dubium quia verbum
philosophi est intelligendum quod intelligit
de se quid est et non solum quod habet ha-
bitualem notitiam de se an sit.
Et similiter dubium ad vj. Ad vij
dubium quia opposita consuetudo perficit per
actionem similem in consuetudine est actio
situalis ... requirit determinatam
distantiam sed oportet quod determinetur
mia per aliquem situationem e
similem. Ad ix dubium quia duplex dicitur ad
aliud cognoscitur vno modo sicut ex cog-
nitione deueniat in cognitionem
illius ... dum concludens principijs
cognoscit et hoc modo non potest aliquis cog-
noscere seipsum. Alio modo dicitur aliquid ad aliud
cognoscere sicut in eo cognoscitur et
non oportet ut id quod cognoscitur alia
cognitione cognoscatur vnde sicut
probatur quam ad cognoscendum seipsum
sicut deus seipsum se cognoscit sic
anima seipsam cognoscit per essentiam
suam. Ad x dubium quia circulus quidam
in cognitione anime attenditur quia
rotinando inquirit ex ...

litate vnius. Hoc dicit Dionysius ut osten-
datur quod anime cognitio deficiat
a cognitione angeli sed autem circu-
latio attenditur in hoc quod ex
principijs secundum viam inuentionis in
conclusiones peruenit et conclusiones
resoluendo reducit in principia
examinat per viam iudicij. Ad vn-
decimum non est ad propositum. Ad xi dubium
quia sicut non oportet semper intelligatur id
in actu quod notitia habituali habetur
per aliquas rationes in intellectu existentes
ita et non oportet quod semper intelligatur
actualiter ipsa mens cum cognitio
mentis nobis habitualiter existit quamuis
ipsa essentia intellectui sit presens.
Ad xij dubium quia quod intelligitur
et quo intelligitur non se habent
ad inuicem sicut quod est et quo est
esse enim est actus entis sed intelligere
non est actus eius quod intelligitur
sed intelligentis vnde quod intelligitur
comparatur ad intelligentem sicut quod
est quo est ratio sic enim anima est
quo est et quod est ita ad esse quod intelligit
in potentia intellectiua que est principium
actus intelligendi a sua essentia
non autem ex hoc oportet quod species que
intelligitur sit ad hoc eo quo intelligitur.
Ad xiij dubium quia intellectiua potentia
est forma corporis dicitur quantum ad actum
essendi eo quod habet esse in anima sic
perfectabili in subiecto sed quantum ad actum
intelligendi perficit esse corporis
Ad xiiij dubium quia notitia qua anima
seipsam nouit non est in genere
accidentis quantum ad id quo habitualiter
cognoscitur sed solum quantum ad actum
cognitionis qui est actus quidam
vnde et Augustinus dicit quod notitia substantialiter
in mente inesse, libro decimo de trinitate, secundum quod
mens seipsam nouit. Ad xv
dubium quia licet obiecto preter denotationem
aliud quo cognoscitur quantum ad nomen
speciem quo omnibus ... Ad xvj.

dicatur quod cum in mentibus ut scripturam
ipsam in mentibus non est forma in mente quia
in mente est forma sui ipsius. Sed secundum hoc per
modum formae non sequitur ad scripturam
alio terminata quam scripturam cog-
noscit. Uno modo quod sit scriptura
simpliciorum forte hunc modum
intelligendi non sequitur id quod intra
accipitur ut simpliciter ipso intra
intellectu sicut accipitur ut
praesens est. Ad secundum autem quoniam
dicitur quod in mentibus scripturam per scripturam
cognoscit quia ex ipsa in mente est
cum possit actu per dictum quod
se actualiter consistat percipien-
do se esse sicut et ex speciebus habitualiter
in mente recepta est in mente
ut possit actualiter videri. Quod considerare
sed quantum ad conscientiam ipsius intellectus
in mentibus non potest percipere consi-
derationem obiecti sicut dictum est.
Ad tertium dicendum quod verbum glosae quod dicit quod
intellectualis visio caelis verus con-
tinet [illegible] magis et refertur ad
obiectum cognitionis quam ad id quo
intelligitur et hoc patet considerando ea
quae de aliis visionibus dicuntur.
Dicit enim glossa eadem quod per visionem
corporalem videntur corpora, per spiritualem vero
visionem imaginariam similitudines
corporum, per intellectualem autem ea quae
neque corpora sunt neque similitudines corporum.
Si enim hoc referretur quantum ad id
quo intelligitur tunc quantum ad hoc
nulla esset differentia inter visionem
corporalem et spiritualem sive ima-
ginariam quia et corporalis visio fit
per similitudinem corporis; non enim lapis
est in oculo sed similitudo lapidis.
Sed ista est differentia inter visiones
quia visio corporalis terminatur ad ipsum
corpus, imaginaria non ad imaginem
corporis sicut ad obiectum et tamen
quod visio intellectualis caelis
verus continet quae non habent sui similitudines

quae non sunt corpora neque similitudines corporum. Intelligitur quod
visio spiritualis fiat per aliquas
species quae non sunt id quod videtur,
sed quod visio intellectualis terminatur
ad aliquam rem similitudine carentem, sed ad
ipsam rem. Sicut enim
visio corporalis terminatur ad corpus
non ita quod inspiciat aliquam
corporis similitudinem, quamvis per ali-
quam corporis similitudinem inspiciat,
ita visio intellectualis
inspicit ipsam rem sine
hoc quod inspiciat ipsam similitudinem
rei quamvis quandoque per aliquam similitudinem
illam rem aspiciat. Quod etiam experi-
mento patet. Cum enim intelligimus
aliquid non confingimus nobis ali-
quod simulacrum quod intueamur
sicut in visione imaginaria acci-
debat, sed ipsam rem considerantes.
Non tamen ex hoc concluditur
quod ista visio non sit per aliquam
speciem. Ad quartum dicendum quod verbum philosophi
intelligitur de intellectu qui est omnino
a materia separatus, ut Commentator ibidem
exponit, sicut sunt intellectus ange-
lorum, non autem de intellectu humano.
Alias sequeretur quod scientia speculativa
esset idem quod res scita quod est impossibile.
Ut [illegible] ibidem dicit. Ad quintum dicendum
quod anima est in potentia ut intel-
ligatur, id est ut intelligi possit, non autem
ut percipiatur intelligendo actu
obiectum suum ut dictum est. Ad sextum
dicendum quod anima non cognoscitur per aliquam
speciem abstractam a se, sed per speciem
obiecti sui quae fit forma eius secundum quod
actu. Unde non sequitur. Ad septimum
dicendum quod quamvis anima sit
ipsi similima, non tamen per eam
cognoscit se ipsam ut species
intellectus sicut in materia. Quod
non sequitur [illegible] in ordine
intellectus [illegible] priorum [illegible]

ut commentator dicit in iii de anima. Ad viii
dicendum quod anima et non cognoscibiliter
aliis non sicut medium cognoscendi
sed in quantum per actum anime intelli-
gibiles efficiuntur res materiales.
Ad viii dicendum quod sicut hic scientia de
anima est certissima quia unusquisque in
seipso experitur se animam habere et
actus anime sibi inesse. sed cognoscere
quid sit anima difficillimum est.
Unde philosophus ibidem subiungit quod omnino
difficillimorum est. Ad x dicendum
quod anima non cognoscitur per speciem
a sensibilibus abstractam quasi intelligatur
species esse anime similitudo. sed com-
paratur speciei que a sensibilibus abs-
trahitur in eam natura anime que huius
species recipit sicut ex forma cog-
noscitur materia. Ad xi dicendum quod lux cor-
poralis non cognoscitur per eam sicut
de invisibilibus visibilis et for-
ma quedam dans esse eius actu visi-
bilis. ipsa autem lux que in sole non
cognoscitur a nobis nisi per eius similitudinem in
visu nostro existentem sicut et species
lapidis non est in oculo sed similitudo
